

quòd Pythagoras eam vel primus excogita-
uerit, vel certe discipulos suos in ea mirifice
exercuerit.

1	2	3	4	5	6	7	8	9
2	4	6	8	10	12	14	16	18
3	6	9	12	15	18	21	24	27
4	8	12	16	20	24	28	32	36
5	10	15	20	25	30	35	40	45
6	12	18	24	30	36	42	48	54
7	14	21	28	35	42	49	56	63
8	16	24	32	40	48	56	64	72
9	18	27	36	45	54	63	72	81

Cōstructio huius tabulæ perfacilis est. Pri-
ma enim linea ab 1. incipiens progreditur per
continuum additionem vnitatis, vsq; ad 9. ut
ex 1. & 1. fiunt 2. Ex 2. & 1. fiunt 3. Ex 3. & 1. fi-
unt 4. &c. Secunda vero linea à 2. incipit, pro-
grediturq; per continuum additionem 2. Ve
ex 2. & 2. fiunt 4. Ex 4. & 2. fiūt 6. Ex 6. & 2. fiunt
8. &c. Ita quoq; tertia linea initium sumit à 3.
& per continuum additionem 3. progreditur.
Atque eodem modo reliquæ lineæ compositæ
sunt. Quilibet enim per cōtinuam additionē
eius numeri, à quo incipit, progreditur.

Constru-
ctio tabu-
læ Pytha-
goricæ.

C 2

Vfus